HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. GERHOHUS REICHERSBERGENSIS. HOMILIAE
12. Jh. Seite 29r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26398
Copyright: Admont, Benediktinerstift



laudasse scribuntur. Ad iob nanq; dns creator dicit
Cum ponerem fundamenta terre. et cardines orbis. lauda
uerunt me astra matutina. et iubilauerunt omnes filii dei.
Et dixit ds. Fiat lux. Et appellauit lucem diem. Queritur
utrum ds aliquam spalem uel corporalem lucem fecerit.
cuius uisione angli fruerentur: uel aliquam diem forma
uerit cuius presentia delectarentur. Sed hoc ab intellectu ex
cluditur. cum intelligibile melius insensibili conuincitur:
Ergo ipse ds lux intelligitur. qui uera lux scribitur. de cuius
uisione ita anglica natura illuminatur. ut hic cor
poreus dies a sole illustratur. Dicitur itaq; Dixitq; deus.
Fiat lux. Hoc est per uerbum suum ds lucem sue sapientie
anglice nature infudit. et de adhuc omnibus creandis
scientiam dedit. Et facta est lux. Uera quippe lux. et eterna
dei sapientia. lucida sapientiam scilicet racionalem in
tellectum condidit. quem anglicis spiritibus indidit. quo
creatorem a creatura discernere possit. sic scriptum est.
Prior omnium creata est sapientia. Ds itaq; fiat lux
dixit. cum anglos luce sapientie illustrauit. Ipsa
est enim candor lucis eterne. Facta est autem lux. cum cognouerunt
dm. omnia in sapientia iam fecisse que adhuc fu
tura erant. in quo omnes causas et rationes rerum iam
conspiciebant. Et uidit ds quod esset bonum. sci
licet quod creatorem a creatura discernerent. et cre
aturam despicientes creatorem laudantes diligerent.